



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XVIII. Schlirensè Monasteriũ, Germanicè Schliers.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

tem silvæ *Nortwald*, in Comitatu Adalberonis, à fonte fluminis *Vlæ*, vsque ad terminum silvæ huius, vbi separat Bohemiam & Bauariam, & decursum *Vlæ* & *Rotilæ* vsque in Danubium iuxtà diploma XIII. Calendis Maij, Anno millesimo decimo, datum.

Heilkæ primæ Abbatissæ sepulcrum, hodieque visitur, cum hac inscriptione: *Anno 1020, in die Sanctæ Theclæ Virginis obiit Heilka, amica Sancti Henrici Imperatoris, prima Abbatissa huius monasterij.*

Ibidem anno 1095. Non. Maij, obiit *Sifala* S. Henrici Imperatoris soror, vxor Stephani, Regis Vngariæ, Abbatissa secunda huius loci, hîc pariter sepulta: quæ tam viro quàm filio orbata, Patauiam ad hoc monasterium venit, in quo primùm habitum monasticum assumpsit; paulò pòst Abatissa designata, monasterium præclare illustravit & auxit. Sic ferè *Hundius* in sua Metropoli *Salisburgensi*.

CAPVT XVIII.

SCHLIRENSE MONASTERIVM,
Germanicè *Schliers*.

DE institutione huius monasterij ad lacum *Schliers*, inter *OEnum* & *Mangaldum* flumina ad radices *Alpium* situm,
sic

sic ferè scribit Auentinus in suis Annalibus,
 lib.3. Adlund, Hildeuald, siue Hiltpold, Odacer,
 Garioualda, siue Gariobald, Antonius, claris orti
 natalibus, ad Sylurnum lacum, monachis Benedi-
 ctinis, templum adificarūt, Aribo Episcopus Frising-
 gensis dedicauit, Berchtoldum ipsis patrem dedit,
 & hoc sub Tesselone Duce Bauaria, circa annum
 760. Domini 760. De hac fundatione ita scriptum
 reperio in libro magno traditionum Frising-
 gæ: Regnante in perpetuo Domino nostro I E S V
 Christo, Est in Dei nomine Adalunc, simul cum fra-
 tribus nostris, nomine Hiltipalt, seu Kerpalt, nec-
 non & Antonio siue Otatric, inspirante diuina
 gratia, secularia negotia deserentes, locum nobis
 elegimus de communi hereditate nostra, siue pa-
 rentum nostrorum in vasta solitudine eremi, que
 dicitur Schliersee, & ibidem, adiuuante Domino
 Deo nostro, cellulam more solito construximus.
 Nam & oratorium cum consensu Episcopi Domini
 Aribonis adificauimus, deinde aduocato predicto
 Episcopo ad consecrandam predictam Ecclesiam,
 ita factum est. Deinde sub ditione ipsius Episcopi
 nosmetipsos commendauimus per omnia, inde
 de manu Episcopali electum nobis magistrum, vi-
 rum venerabilem, nomine Berchtcol, in nostro sus-
 cepimus magisterio. Deinde post biennium com-
 placuit fratribus eligere predictum Berchtcol ibi-
 dem Abbatem per consensum fratrum; & adduxi-
 mus eum ad predictum Episcopum, qui iuxta or-
 dinem regula S. Benedicti, electum ordinauit &
 nobis

*nobis posuit Abbatem. Ideoq̄, decreuimus cum consensu ipsius pradioti Episcopi nostri, vt secundum auctoritatem S. Benedicti regulam regerent, & ibidem regulariter de ipsis fratribus sibimetipsi eligerent Abbatem, ipso ordinante Episcopo, de domo S. Mariae: si ibidem forsitan defuerint, tales intra ipsos fratres de domo Episcopali eligant Abbatem, ordinante Episcopo. Actum in pradioto monasterio Schliersee, XII. Kalen. Februar. indict. 12. regnante Domino Tassilone, anno 32. Et ipsi subscripti fratres inuicem testes exstiterunt. Hos fundatores puto fuisse familiae VValdecensium dominorum. Tametsi enim hoc monasterium, cum alijs plerisque circa annum 907. per Vngaros vastatum, per Ottonem Episcopum Frisingensem cum fratre Henrico Duce Bauariae, ex familia Leopoldi Austriaci Marchionis vnà cum alijs monasterijs Bauariae, circa ann. 1140. restauratum sit, transfatis eò *Canonicis regularibus*, nihil tamen eximium contulerunt, vtpotè, qui in Bauaria nihil proprij habebant, atque ibi modico tēpore imperarunt. vnde pro fundatoribus huius monasterij ipsi non habendi; sed potius Domini Baldecenses.*

Propter vetustatem huius familiae, quae omnia circum circa possedit, post deuastationem antiquae arcis VValdeck, cuius rudera in Præalta rupe, suprà lacum adhuc exstāt, in Schliers & VVallebenburg, VValdecenses

F

pro-

proceres habitarunt, merū ac mixtum imperiū vnā cum aduocatia monasterij, imò etiā in plerisque monasterij prædijs, à maioribus suis datis, partem censuum, vulgariter, die *Stiffesfenning* in signum Domini retinuerunt. vnde ab ipsis canonicis in libro de origine & fundatione monasterij, anno 1378. scripto, in plerisque locis fundatores illius nominantur, qui ibidem sua sepulchra anniuersaria ac sacra habent. Item in quodam cōtractu inter Canonicos & Dominū *V Volfgangum* de *V Valdeck*, vltimum illius familiæ, per *Sixtum Frisingensem* Episcopum, & *Albertum* *Bauariæ* ducem, anno 1467. probato cautum est, vt prædictus *V Volfgangus* pro altero fundatore haberetur & inscriberetur. Post obitum *V Valdecensium* translatum est hoc monasterium auctoritate Pontificia per *Albertum*, Ducem *Bauariæ*, vnā cū *Ilmunsteriensi* Monachium, & vnione facta, instituta est ibi collegiata Ecclesia ad *B. Virginem Mariam*, anno Domini 1495. Ita ferè *Hundius* libro citato.

CAPVT XIX.

DONONIENSE MONASTERIUM

Canonissarum reformatarum ad Scaldim Fluvium secundo lapide à Valentianis, Hannoniæ opido.

S. Regina ex consilio parentum, & *Pipini* Regis, cuius neptis erat, in coniugale